



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1479. usque ad annum 1494

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118340**

§. 21. Angliæ Rex Richemundii ausibus turbatus

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66444](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66444)

dio exceptit, cumque ex ejus navibus Sæcul. XV.  
quædam arenarum scopulo allideretur, A.C. 1485.  
Princeps obsequiosa promptitudine opem  
ferri jussit, quo subsidio adjutus Colum-  
bus, tam classiarios, quam reliquum na-  
vis apparatum naufragio subduxit, ac ex  
confracti lembi ruinis, tabulisque turrim  
ædificari præcepit, quam consentiente  
hoc Principe Hispanis militibus präsidia-  
riis firmavit, rebusque ita dispositis in  
Hispaniam cursum relegit. Cuncta  
iste novæ navigationis molimina non-  
nisi subsequentium annorum ætate  
evenerunt.

### §. XXI.

*Angliæ Rex Richemundii ausibus  
turbatus.*

Cum interea Arragoniæ Rex imperium  
suum Orbis recenter inventi acces-  
sione extenderet, Richemundii Comes,  
quem hucusque in Britannia custoditum  
vidimus, Angliæ regnum Richardo hu- Polyd. Virg.  
hist. Angl.  
lib. 23.  
jus sceptri invasori eripere molitur. Ri-  
chardus per exploratores, quos omni  
ex parte plurimos habebat, conjuratio-  
nem in regno adversus se conflatam tam  
accurate edoctus erat, ut etiam conspi-  
rantium nomina, ac numerum, necnon  
Provincias, ex quibus subsidia, opem,  
atque vires haurirent, probe sibi com-

R 5

per-

**S**ecul. XV. pertas haberet, quin imo Richemundii  
A.C. 1485. Comitem libertati assertum, ac cum co-  
pis suis proxime ad Angliæ litora ap-  
pulsurum optime noverat. Evidem illi,  
quos Richardus emiserat, Richemundii  
exercitum numero longe potentiore,  
quam reapse erat, narrabant; nihil  
minus Angliæ Rex exploratorum rela-  
tione tempestive utendum ratus, provi-  
do consilio, atque opportuna celeritate  
conjuratos prævenit, eorumque consiliis  
feliciter dissipatis, illos a proposito des-  
tere, totaque Anglia excedere compu-  
lit, moxque Buchingamiæ Ducem ca-  
ptum, quamvis proditionis arcana ma-  
nifestare constanter recusasset, capite  
truncari præcepit, pluresque alias eo-  
dem suppicio variis in locis e medio su-  
stulit: Joannes tamen Mortonus Heliens-  
sis Episcopus cum nonnullis Lancastri-  
ensium fautoribus in Flandriam auffu-  
giens, vitæ suæ consuluit, ceteris magno  
numero Franciam petentibus.

### §. XXII.

*Richemundius in reditu tempestate  
Dieppam ejectus.*

**I**pse etiam Richemundii Comes, cum  
infausta exscensione facta sibi liberta-  
tis, vitæque periculum ex diuturniori mo-  
ra impendere cerneret, prætoriam ite-  
rum